


Quod est in manu...



**Sentones ex ope  
ribus Virgilij.**



*Si hic liber Amicum fuerit ut Accitibi  
supplico illi, qui eum inuenit u' rediat  
mihi, etsi in periculo est nominis  
Baltasar si castella nos et  
firma tum duodecimo moysi  
marni*



88  
J. J. J.  
Erenissimo Padre Jacobo

Composicion

Suadio que despues que Carlos quinto  
vencio a los enemigos de la santa fe  
por mandado de Felipe quarto nuestro  
rei y señor, los pagamos a comedia  
Al Rei de Francia con treinta  
mil hombres

Ha est, Composicio de la guerra de la

Accidit ut postquam Carolus quintus  
vicit inimicos Fidei iure Felipe  
III regis et domini nostri

Adversarii nostri reuocarent regem  
Galium triginta milia hominum



Bartholomaeus  
accipit nos  
secit nome  
uianum

**F** Alconia probæ foeminae eruditissimæ ad adel  
phū senatorē coniugē dulcissimū ex uirgiliū operi  
b<sup>9</sup> cētōes ueteris ac noui testamēti foeliciter īcipiūt

**O** Pater o hominū rerumq; æterna potestas  
Da facilē cursū : atq; animis illabere nris  
Tuq; ades: inceptūq; una decurre laborē  
Nate patris summi uigor & celestis origo .  
Quem primū colimus: meritosq; nouam<sup>9</sup> honores  
Iam noua progenies: omnis quam credidit ætas .  
Munera uestra cano: satis est potuisse uideri .  
Nam meminī ueterum uoluēs monumēta uirorū .  
Quæ sint: quæ fuerint: quæ mox uētura trahātur  
Omnia: ut ipse tener mundi concreuerit orbis .  
Foelix qui potuit rerum cognoscere causas .  
Vnde hominumq; pecudūq; genus uitæq; uolātū .  
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pōtus .  
Et liquidī simul ignis: ut his exordia primis .  
Terrarumq; ignisq; animæ marisq; fuissent .  
Haud aliter prima crescentis origine mundi .  
Illuxisse dies alium ue habuisse tenorem .  
Crediderim: maior rerum mihi nascitur ordo .  
Si qua fidem tanto est operi latura uetustas .  
Namq; fatebor enim: lauium spectacula rerum .  
Semper equos atq; arma uirum pugnāsque canebā .  
Et studio in cassum uolui exercere labores .  
Omnia tentāti potior sententia uisa est .  
Pandere res alta terra & caligine mersas .

a ii



Inque dies aliquid iam dudum inuadere magnū:  
Mens agitat mihi: nec placida contenta quiete.  
Ore fauete omnes: lætaſq; aduertite mentes  
Matres atq; uiri pueri innuptæque puellæ.

Opera ſex dierum

Principio cælum ac terras camposq; liquentes  
Lucentemq; globum lunæ ſoliſq; labores:  
Ipſe pater ſtatuit uos o clariffima mundi  
Lumina: labentem cælo quæ ducitis annum:  
Nam neq; erāt aſtrorum ignes: nec lucidus ethra:  
Sed nox atra polum bigis ſubuecta tenebat:  
Et chaos in præceps tantū tendebat ad umbras:  
Quantus ad ethereum cæli ſuſpectus olympum.  
Tūc pater o omnipotēs rerū cui ſumma poteſtas:  
Aera dimouit tenebroſum: & diſpuliſt umbras:  
Et medium luci atq; umbris iam diuidit orbem.  
Sydera cuncta notat tacito labentia cælo:  
Intentos uoluens oculos qua parte calores  
Auſtrinos tulerit: quæ terga obuenterit axi:  
Obliquus qua ſe ſignorū uerteret ordo.  
Poſtq̄ cuncta uidet cælo conſtare ſereno  
Omnipotens: ſtellis numeros & nomina fecit:  
Temporibusq; parem diuerſis quattuor annum:  
Eſtuſq; & pluuias: & agentes frigora uentos.  
Atq; hæc ut certis poſſimus diſcere ſignis:  
Vere tument terræ: & genitalia ſemina poſcunt.  
At medio toſtas æſtuterit area fruges  
Et uarios ponit fætuſ autumnus: & atra

Venit hyems: teritur sycionia bacca trapetis.  
Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus.  
Tempore iam ex illo fœcundis imbribus æther  
Magnus alit magno cõmixtus corpore fœtus.

Dies primus

Et iam prima nouo spargebat lumine terras.  
Ducebatq; diem stellis aurora fugatis:  
Tum durare solum & discludere nereia ponto  
Incipit: & rerum paulatim sumere formas.  
Et uariæ pelagi facies imania cete  
Aequora uertebant caudis: estumq; secabant:  
Necnon & uasti circum gens humida ponti  
Iam sole infuso iam rebus luce receptis:  
Exultans rorem late dispergit amarum.

Dies secundus.

Postera iamq; dies primo surgebat eob:  
Fundit humus flores: ac frondes explicat omnes.  
Sanguineis inculta rubent auararia baccis:  
Non rastris hominum non ulli obnoxia curæ.

Dies tertius

Tertia lux gelidam cælo dimouerat umbram:  
Auiâ tunc resonant auibus inculta canoris.  
Et liquidas presso corui dant guttere uoces.  
Nec gemere æria cessauit turtur ab ulmo.

Dies quartus

Quarto terra die uariarum môstra ferarum  
Omni genuq; pecus nullo custode per herbam  
Educit siluis subito mirabile uisu:

Tum demum mouet arma leo: tum pessima tigris.  
Squamofusq; draco: ac fulua ceruice leena.  
Seuire: ac formæ magnorum ululare luporum.  
Cætera pascuntur uirides armenta per herbas.  
Nec gregibus liquidi fontes: nec gramina defunt.

Dies quintus & sextus  
Iamq; dies alterq; dies processit: & omne  
Hoc uirtutis opus diuine mentis & haustus.  
Prospiciens genitor perfectis ordine rebus.  
Expleri mentem nequit: ardescitq; tuendo.  
Terraq; tractusq; maris cælumq; profundum.  
Alituum pecudumque genus: secūq; uolutat.  
Qui mare qui terras omni ditione tenerent.  
Neu segnes iaceant.

De formatione primi hominis.  
Talia uersanti subito sententia sedit.  
Foelicemq; trahit limum: fingitq; premento.  
Pingue solum primis ex templo a mensibus anni.  
Iamq; improuiso tantæ pietatis imago.  
Procedit noua forma uiri: pulcherrima rerum.  
Os humerosq; deo similis: cui mentem animūq;  
Maior agit deus: atq; opera ad maiora remittit.

De formatione eue.  
Queritur huic alius: nec quisq; ex agmine tanto.  
Audet adire uirum: sociusq; in regna uocari.  
Haud mora cōtinuo placidam per membra quietē  
Dat iuueni: & dulci declinat lumina somno.  
Atq; illi in mediō spacio iam noctis opacæ.

Omnipotens genitor costas & uiscera nudat.  
Harum unam iuueni lateris compagibus arctis.  
Eripuit: subitoq; oriturq; mirabile donum.  
Argumentum ingens: claraq; in luce refulsit.  
Insigni facie & pulcro pectore uirgo.  
Iam matura thoro: iam plenis nubilis annis.  
Olli somnum ingens rupit pavor: ossaq; & arctus  
Coniugiumq; uocat: & stupefactus nomina pressit  
Excepitq; manu: dextramq; amplexus adhæsit.

Deus homini benedixit.

His demum exactis torquet qui sydera mundi  
Infit. eo dicente premit placida æquora pontus.  
Et tremefacta solo tellus filet: arduus ether.  
Viuite foelices: interq; uirentia culta  
Fortunatorum nemorum: sedesq; beatas.  
Hæc domus: hæc patria est: requies en certa laboræ  
Hiis ego neq; metas rerum: nec tempora pono.  
Imperium sine fine dedi: multosq; per annos.  
Non rastros patietur humus: nec uinea falcem.  
At genus immortale manet: nec tarda senectus  
Debilitat uires animi: muta q; uigorem.

Ligni fructus prohibetur.

Vos contra quæ dicam animis aduertite uestris.  
In medio ramos annosaq; brachia tendens.  
Est in conspectu ramis foelicibus arbos.  
Quam neq; fas igni cuiquam nec sternere ferro.  
Religione sacra nunquam concessa moueri.  
Hac quicūq; sacros decerperit arbore foetus.

a iiii

Morte luet merita: nec me sententia uertit :  
Nec tibi tam prudens quisq̄ persuadeat auctor  
Commaculare manus. liceat te uoce moneri  
Foeminea nec te ullius uiolentia uincat :  
Si te digna manet diuini gloria ruris .  
Postq̄ cuncta pater caeli cui sydera parent  
Composuit: legesq̄ dedit: camposq̄ nitentes  
Desuper ostentat: tantarum gloria rerum.

Descriptio paradisi

Ecce autem primi sub cardine solis & ortus  
Deuenero locos: ubi mollis amaracus illos  
Floribus & dulci aspirans complectitur umbra .  
Hic uer purpureum: atq̄ alienis mensibus estas:  
Hic liquidi fontes: hic caeli tempore certo  
Dulcia mella premunt: hic candida populus antro  
Imminet: & lente texunt umbracula uites .  
Inuitant croceis halantes floribus orti  
Inter odoratum lauri nemus: ipsaq̄ tellus  
Omnia liberius nullo poscente ferebat.  
Fortunati ambo si mens non leua fuisset  
Coniugis infande. docuit post exitus ingens.

Temptatio per serpentem.

Iamq̄ dies infanda aderat: per florea rura  
Ecce inimicus atrox immensis orbibus anguis  
Septem ingens gyros septena uolumina torquês :  
Nec uisu facilis nec dictu effabilis ulli :  
Obliqua insidians ramo frondente pependit  
Vipeream inspirans animam: cui tristitia bella :

Iræq; insidieq; & crimina noxia cordi .  
Odit & ipse pater: tot se se uertit in ora:  
Arreptisq; horret squamis: & nequit in ausum  
Aut intentatum sceleris ue doli ue relinquat:  
Sic prior aggreditur dictis: atq; obtulit ultro:  
Dic ait o uirgo lucis habitamus opacis:  
Riparumq; thoros: & prata recentia riuis  
Incolimus: quæ tanta animis ignauia uenit:  
Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma .  
Pocula sunt. fontes liquidi. cælestia dona  
Atrectare nefas. id rebus defuit unum .  
Quis prohibet causas penitus tentare latentes?  
Vana superstitio. rerum pars altera adempta est  
Auctor ego audendi sacrata resolvere iura .  
Tu coniunx. tibi fas animum mollire precando .  
Dux ego uester ero. tua si mihi certa uoluntas:  
Extruimusq; thoros: dapibusq; epulamur opimis  
Eua seducitur

Sic ait & dicto citius quod lege tenetur:  
Subiiciunt epulis olim uenerabile lignum:  
Instituuntq; dapes: contactuq; omnia fedant:  
Præcipue infelix pesti deuota futurae  
Causa mali tanti summo tenus attigit ore:  
Miraturq; nouas frondes: & non sua poma  
Maius adorata nefas maioremq; orsa furorem  
Heu misero coniunx aliena ex arbore germen  
Obiicit: atq; animum subita dulcedine mouit.  
Nudos uident se & faciunt sibi perizomata

Continuo noua lux oculis effulſit: at illi:  
Terrentur uiſu ſubito: nec plura morati.  
Corpora ſub ramis obiectu frondis obumbrat.  
Conſertum tegmen: nec ſpes opis ulla dabatur.  
At non hæc nullis hominum rerumq; repertor.  
Proſpiciens oculis cædes & facta tyranni.  
Præſenſit: notumq; furens quid fœmina poſſit.  
Continuo inuadit: procul o procul eſte prophani.  
Conclamat cælum ac terras qui numine firmat.

Adam ſe abſcondit.

Atq; illi longe gradientem ac dira frementem.  
Vt uidere metu uerſi retroq; ruentes.  
Diſugiunt: ſiluaſq; & ſicubi concaua furtim.  
Saxa petunt: piget incæpti. lucisq; nec auras.  
Deſpiciunt. tedet cæli conuexa tueri.  
Nec longum in medio tempus: cū creber ad aures  
Viſus a deſſe pedum ſonitus: genitorq; per auras.  
Hunc ubi uix mæſtum multa conſpexit in umbra  
Tallibus alloquitur dictis: atq; increpat utro.

Adam increpatur a domino.

Infœlix quæ tanta animum dementia cepit?  
Quis furor iſte nouus: quo nūc quo tēditis inquit  
Regnorū imemores: quæ mentē infania mutat?  
Dicite quæ lucis miſeris tam dira cupido?  
Maturate fugam: totoq; abſiſtite luco.  
Nec reuocare gradum ſi quando aduerſa uocarint  
Eſt licitum: flammis ambit torrentibus amnis  
Per medium ſtridens torquetq; ſonantia ſaxa:

Attolitur globos flammaram: & sydera lambit.  
Excusatio adam.

Ille sub hæc tua me genitor tua tristis imago  
His posuere locis. merui. nec deprecor inquit  
Omnipotens: sonitumque pedum uocemque tremisco.  
Conscius audacis facti moniti que sinistri.  
Foemina fert succos tristes tardumque saporem.  
Illa dolos dirumque nefas in pectore uersans:  
Infonem infando iudicio moritura puella  
Dum furit incautum crudeli morte peremit.  
Suasit enim scis ipse neque est te fallere cuiquam.  
Ut uidi. ut perii. ut me malus abstulit error:  
Cotigimusque manu quod non sua seminat arbor.

Maledictio serpentis.

Tunc pater omnipotens folio sic infit ab alto.  
Accipite ergo animis: atque hæc mea figite dicta.  
Tuque prior scelere ante alios immanior omnis:  
Quem neque longa dies pietas nec mittigat ulla.  
Hortator scelerum coluber mala gramina pastus  
Desidia latamque trahens inglorius aluum:  
Cede locis: nullis hominum cogentibus ipse  
Tenuis ubi argilla & dumosius calculus aruis.

Maledictio adam.

At tibi pro scelere exclamat pro talibus auis:  
Omne æuum ferro teritur: primusque per artem  
Heu miserande puer terram insectabere rastris:  
Et sonitu terrebis aues: horrebit in aruis  
Carduus: & spinis surgit paliurus acutis.

Lappe. tribuliq; & fallax herba ueneni.  
At si triticeam in messem robustaq; farra  
Exercebis humum: frustra spectabis acceruum.  
Concussa q; famem in siluis solabere quercu.  
Insuper his subeunt morbi tristisq; senectus.  
Et labor & diræ rapit inclementia mortis.  
Hæc tibi semper erunt.

Maledicto eue.

Tuq; o seuissima coniunx  
Non ignara mali caput horum & causa malorum  
Magna lues commissa tibi: heu perdita nescis:  
Nec quæ circumstant te deinde pericula cernis.  
Nunc morere ut merita es: tota quod mēte petisti.  
Nec mea iam mutata loco sententia cædit.

Expulsio eorum de paradiso

At iuuenem primum sæuus circumstetit horror  
Dirigere oculi: nec se celare tenebris  
Amplius: aut notas audire & reddere uoces.  
Haud mora festinant iusi: rapidisq; feruntur  
Passibus: & pariter gressi per opaca uiarum  
Corripiunt spacium medium: limenq; relinquunt  
Flentes: & curis paribus uestigia figunt.  
Tum uictum in siluis bacas lapidosaq; corna  
Dant rami: & uulsis pascunt radicibus herbæ.

Conceptio caym.

Interea magnum sol circumuoluitur annum.  
Matri longa decem tulerant fastidia menses:  
Vnde homines nati durum genus: inde per artem

Aut herbæ campo apparent: aut arbore frondes.  
Inq; nouos soles audent se germine tuto  
Credere: & lentis uuam dimittere ramis  
Instituunt: udoq; docent inolescere libro.

Abel a fratre occiditur.

Tunc gemini fratres adolent dum altaria cedis:  
Alter in alterius prælato inuidit honore:  
Horresco referens consanguinitate propinquū  
Excipit incautum: patriaſq; obruncat ad aras  
Sanguine fedantem quos ipse sacrauerat ignes.  
Tum genitor uirus serpentibus addidit atris.  
Et passim riuis currentia uina repressit.  
Mellaq; decussit foliis. ignemq; remouit:  
Prædariq; lupos iussit: potumq; moueri.  
Mox & frumentis labor additus: ut mala culmos  
Esset rubigo: & uictum seges agra negaret.  
Tum alnos primum fluuii sensere cauatas.  
Tum laqueis captare feras & fallere uisco  
Inuentum: & duris urgens in rebus egestas  
Mouit agros curis acuens mortalia corda.  
Deterior donec paulatim ac mollior ætas  
Ferreæ progenies dirum caput extulit aruis:  
Iusticia excedens terris uestigia fecit:  
Et belli rabies: & amor successit habendi.  
Nec longum in mediõ tempus: furor iraq; mētem  
Præcipitant. gaudent perfusi sanguine fratrum.  
Condit opes alius: defossoq; incubat auro.  
Nec doluit miserans inopem: dextramq; tetendit

## Diluuium

Tum pater omnipotens grauiſter cōmotus ab alto  
Ethere ſe mittit: tellurem eſundit in undas  
Diluuium miſcens: cælumq; in tartara ſoluit:  
Sternit agros: ſternit ſata læta: boumq; labores  
Diluit: implentur foſſæ: & caua flumina creſcunt:  
Et genus omne neci pecudum dedit ille ferarum .

Noe ſeruatur .

Tum pietate grauem ac meritis mirabile dictu  
Qui fuit in terris & ſeruantiffimus æqui  
Eripuit leto tantis ſurgentibus undis  
Vt genus unde noue ſtirpis reuocaret haberet :  
De pharaone & populo per deſertum eunte  
Diluuio ex illo patribus dat iura uocatis  
Omnipotens magnis agitans ſub legibus æuum .  
Quid memorẽ infandas cædes: quid facta tyrãni?  
Nesciaq; humanis precibus manſueſcere corda :  
Egyptum uiresq; orientis & ultima bella  
Magnanimosq; duces totaſq; ex ordine gentes.  
Quo curſu deſerta petant & tribus & gens  
Magna uirum meriti tanti non immemor unquã  
Quiq; ſacerdotes caſti dum altaria iuxta:  
Quiq; pii uates pro libertate ruebant:  
Qui bello exciti reges: & quæ littore rubro  
Complerint campos acies: quibus arſerit armis  
Rex genus egregium magno inflammante furore:  
Agmen agens equitum & florentes ære cateruas  
Cætera facta patrum pugnatq; ex ordine bella

Pretereo: atq; aliis post me memoranda relinquo.  
Natalis domini

Nunc ad te & tuae magne pater consulta reuertor  
Maius opus moueo: uatum praedicta priorum  
Aggredior quamuis angusti terminus aui  
Accipiat: tentanda uia est: qua me quoq; possim:  
Tollere humo: & fama nome tot ferre per annos:  
Quod tua progenies caelo descendit ab alto.  
Attulit & nobis aliquando optantibus aetas  
Auxilium aduentumq; dei: quo foemina primum  
Virginis os habitumque gerens mirabile dictu  
Nec generis nostri puerum nec sanguinis edit.  
Seraq; terrifici cecinerunt omnia uates.  
Aduentare uirum populis terrisq; superbum  
Semine ab ethereo: qui uiribus occupet orbem.  
Imperium oceano: famam qui terminet astris.  
Iamq; aderat promissa dies quo tempore primum  
Extulit os sacrum diuine stirpis origo.

Missus in imperium: uenitq; in corpore uirtus.

De stella & magis

Haud mora continuo caeli in regione serena  
Stella facem ducens multa cum luce refulsit.  
Agnouere deum proceres: cunctiq; repente  
Muneribus cumulant: & sanctum sidus adorant.  
Tum uero manifesta fides: clarumq; paterna  
Nomen erat uirtutis: & ipsi agnoscere uultus  
Flagrant: & quaedam diuini signa decoris.

De turbatione herodis

Protinus ad regem magno clamore ruentum  
Fama uolat: magnisq; acuit clamoribus iras:  
Incenditq; animum: matrisq; allabitur aures.  
Illa dolos dirumq; nefas haut nescia rerum  
Præfensit: motusq; excepit prima futuros.  
Præscia uenturi furtim mandarat alendum:  
Dum curæ ambiguæ dum mens exestuat æstu.

De morte infantium

Et rex sollicitus stirpem & genus omne futurū  
Præcipitare iubet: subiectisq; urere flammis  
Multa mouens: mittitq; uiros qui certa reportent:  
Haud secus ac iussi faciunt: rapidisq; feruntur  
Passibus: & magnis urbem terroribus implent.  
Continuo auditæ uoces. uagitus & ingens.  
Infantumq; animæ flentes. ante ora parentum  
Corpora natorum sternuntur limine primo.

De fuga domini in egyptum.

Et mater gemitu ne quicquam exterrita tanto  
Ipsa sinu præ se portans turbante tumultu  
Infantem fugiens plena ad præsepia reddit.  
Hic natum angusti subter fastigia tecti  
Nutribat teneris immulgens ubera labris:  
Hic tibi prima puer fundunt cunabula flores.  
Mixtaq; ridenti passim cum baccare tellus  
Molli paulatim colocasia fundit acantho.

De redditu eius in iudeā defūcto herode.  
Et iam finis erat perfecto temporis orbe:  
Ut primum cessit furor & rabida ora quierunt:

Ante annos annum gestans origo  
Per medias urbes graditur sociosq; propinquos.  
Illum omnis tectis agrisq; effusa iuuentus:  
Antonitis inhians animis prospectat euntem:  
Turbaq; miratur. matrum quis spiritus illi:  
Quis uultus: uocisq; sonus: uel gressus eunti.

Testimoniū iohannis de xpo.

Continuo uates uamq; is certissimus auctor  
Ut procul a gelido secretum flumine uidit:  
Tempus ait deus ecce deus: cui maxima rerum  
Verborumq; fides. tu nunc eris alter ab illo  
Fortunate puer: cæli cui sidera parent.  
Sic equidem ducebam animo: rebarq; futurum.  
Expectate uenis: spes & solatia nostri.

De baptismo xpi.

Hæc ubi dicta dedit: fluuiio mersare salubri.  
Accepit uenientem: ac mollibus extulit undis.  
Exultantq; uada. Apparitio spūs sancti.

Et subito cōmota columba  
Deuolat: & supra caput astitit unde repente  
Radit iter liquidum: celeris neq; cōmouet alas.  
Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat:  
Certatim largos humeris infundere rores.

Vox patris de christo.

Cum genitor natum dictis compellat amicis  
Nate mee uires mea magna potentia solus  
Et predulce decus magno rediture parenti:  
A te principium: tibi desinit accipe testor

b

*Ante se se significe*  
*Dur fortis de m...*

*Ante*

O mea progenies qua sol utrumq; recurrens.  
Aspicit oceanum perfecto letus honore.  
Omnia sub pedibus uerti regiq; uidebis.  
Tu regere imperio populos matresq; uirosq;  
Ignarosq; uie mecum miseratus inertes.  
Aggredere & uotis iam nunc assuesce uocari.  
Dixerat ille patris magni parere parabat.  
Imperio insistens operi regnisq; futuris.  
Heu pietas heu prisca fides: quas dicere gentes.  
Incipiam: si parua licet componere magnis.  
Nec mihi iam patriam antiquã spes ulla uidendi.  
Nec spes libertatis erat nec cura salutis.  
Hic mihi responsum primus dedit ille potenti.  
Concreatam exemit labem: purumq; reliquit.  
Ethereum sensum: meq; in mea regna remisit.  
Illum ego per flammis: agerem si syrtibus exul.  
Per uarios casus per mille sequentia tela.  
Quo res cũq; cadent: unum pro munere tanto.  
Exequerer: strueremq; suis altaria donis.  
Nãq; erit ille mihi semper deus illius aram.  
Cuncti obtestamur: ueniãq; oramus ab ipso.  
Huius in aduentu tantarum gloria laudum.  
Ipsi leticia uoces ad sidera iactant.  
Intonsi montes: respondent omnia ualles.

Temptatio xp̄i.

Tempore non alio magnũ & uenerabile nomẽ.  
Serpentis furiale malum meminisse necesse est.  
Ausus quin etiam fama est obscurior annis.

Compellare uirum : & ueniendū pōscere causas.  
Hunc ubi tendentē aduersum per gramina uidit.  
Substitit: infremuitq; ferox: dominūq; potentē.  
Saucius at serpens affatur uoce superba.  
Vera ne te facies: uerus mihi nuncius affers.  
Qui genus: unde domo q; nostra ad limina tēdis.  
Fare age quid uenias: nā te dare iura loquūtur.  
Aut quis: te iuuenum confidentissime nostras.  
Iussit adire domos paci; imponere morem.  
Non equidē inuideo miror magis: accipe porro:  
Quid dubitē & que nūc animo sententia surgat.

Statuit sup pinaculū tēpli.

Est domus alta: uoca zephiros: & labere penis?  
Ardua tecta petens ausus te credere caelo.  
Si modo quē memoras pater est cui sydera parēt.

Vox xpī ad tēptatorē.

Olli subridens sedato pectore fatur:  
Haud uatum ignarus uenturiq; inscius eui.  
Dissimulare etiam sperasti perfide serpens.  
Ne dubites: nam uera fides: opera ardua penis:  
Astra sequi: clausumq; caua te condere terra.  
Quo periture ruis: maioraq; uiribus audes.  
Cede deo toto proiectus corpore terra.  
Nec plura hiis.

Reliquit eum temptator.

Ille admirans uenerabile donum.  
Fronte premit terrā: & spumas agit ore cruēto.  
Contentusq; fuga cecis se immiscuit umbris.

b ii

*Handwritten notes and signatures:*  
Scribitur  
Scribitur  
Scribitur  
Scribitur

Dominus elegit discipulos.

Interea magnas uolitans it fama per urbes:  
Conuenere uiri. mens omnibus una sequendi.  
In quascumq; uelit pelago deducere terras.  
Multi preterea quos fama obscura recondit.  
Circūstant fremitu denso: stipantq; frequentes.  
Conueniunt: uitamq; uolunt pro laude pacisci.

Sermo domini in mōte.

Postquā altos uentum in montes: eterna potestas:  
Iura dabat: legesq; uiris: operumq; labores.  
Edocet humanis que fiducia rebus.  
Admoneat immiscens cari precepta parentis.  
Spemq; dedit dubie menti: curasq; resoluit.  
Conspicit ecce alios dextera leuaq; frequentes.  
Exultatq; animis: medium nam plurima turba.  
Hunc habet: atq; humeris extantem suspicit altis.  
Quos ubi confertos audere in prelia uidit:  
Incipit: & dictis diuinum inspirat amorem.  
Discite iusticiam moniti: & succurrere fessis.  
Pro se quisq; uiri: quæ cuiq; est copia leti.  
Cōmunemq; uocate deum: meliora sequamur:  
Quoq; uocat uertamus iter: uia prima salutis.  
Intemerata fides: & mens sibi conscia recti.  
Vobis parta quies perfecto temporis orbe.  
Nam qui diuitiis soli incubuere repertis.  
Nec partem posuere suis: dum uita maneret?  
Pulsantusue parens: & fraus innexa clienti.  
Tunc cum frigida mors anima subduxerit artus.

Inclusi penam expectant: que maxima turba est  
Infernisq; cient tenebris: ueterūq; malorum.  
Supplicia expendunt. alii sub gurgite uasto.  
Infectum eluitur scelus: aut exuritur igni.  
Turbidus hic ceno uastaq; uoragine gurges.  
Estuat: atq; omnem cocyto eructat arenam.  
Hic exaudiri gemitus: & sæua sonare  
Verbera: tum stridor ferri stricteq; cathene.  
Semper & obducta densantur nocte tenebre.  
Præterea quæ dicam animis aduertite uestris.  
Non ego uos post hec cæsis de more iuuentis.  
Religione patrum truncisq; & robore natas.  
Mortalisq; manu effigies & templa tueri  
Audite: & repetens iterumq; iterumq; monebo  
Sed perisse semel satis est: matremq; patremq;  
Profuerit meminisse magis: si credere dignū est.  
Sed fugit interea: fugit irreparabile tempus.  
Flammarumq; dies: & nox inimica propinquat.

Signa uenturi iudicii.

<sup>ambiguis</sup> <sup>populum</sup> <sup>et</sup> <sup>ps</sup>  
Attonitis helere animis: nec plura moratus.

Hic aliud maius miseris mortalibus egris.

Iudicium canit: tristes denunciat iras:

Venturum excidium: & uasta conuulsa ruina

Omnia: tunc pariter rutilo miscerier igne.

Palentelq; polo stellas: celisq; ruinam.

Tunc uero tremefacta nouus per pectora cunctis.

Inlinuat pavor: & taciti uentura uidebant.

De quodā iuvene cōsulente christū.

<sup>adventu</sup> <sup>advento</sup> <sup>in die</sup> <sup>iudicii</sup>  
Hoc super adventu cum dicta horrenda moneret. <sup>salvator</sup>  
<sup>de hystoria</sup>  
Ora puer prima signans in tonsa iuventa.  
<sup>de vita</sup>  
Diues opum: studiis florens ignobilis oci.  
<sup>de vita</sup>  
Quinq; greges illi balantim: quina redibant  
Armenta: & dapibus mensas onerabat opimit.  
<sup>de vita</sup>  
Continuo palmas alacris utraq; tetendit.  
<sup>de vita</sup>  
Et genua amplectens sic ore affatus amico est.  
O decus o fame merito pars maxima nostre.  
<sup>de vita</sup>  
Ad te confugio & supplex tua numina posco.  
<sup>de vita</sup>  
Omnia perfecti: atq; animo mecum ante peregi.  
Eripe me hiis inuicte malis: quid deniq; restat.  
<sup>de vita</sup>  
Quidue etiam tantos possim sufferre labores.  
<sup>de vita</sup>  
Accipe daq; fidem: mihi iussa capessere fas est.  
<sup>de vita</sup>  
Atq; huic responsum paucis ita reddidit heros.  
<sup>de vita</sup>  
O prestans animi iuuenis assiste precando.  
Nec te poeniteat: nihil o tibi amice relictum est.  
<sup>de vita</sup>  
Hoc etiam hiis addam tua sit mihi certa uoluntas.  
<sup>de vita</sup>  
Disce puer contemnere opes: & te quoq; dignum  
Finge deo: & que sit poteris cognoscere uirtus.  
<sup>de vita</sup>  
Da dextram misero: & fratrem ne delere fraterz  
Si iungi hospicio properat coniunge uolentem.  
<sup>de vita</sup>  
Casta pudiciam seruet domus: en age legnes.  
<sup>de vita</sup>  
Rumpe moras: rebusq; ueni non asper egenis.  
<sup>de vita</sup>  
Dixerat hec: ille in uerbo uestigia torfit.  
<sup>de vita</sup>  
Tristior ora modis attollens palida miris.  
De discipulis in mari periclitantibus.  
Inde ubi prima fides pelago tranquilla per alta.



*parabandis.*  
Intremuit malus: genuit sub pondere cymba:

*o. c. ant.*  
*o. c. ant.*  
Vela cadunt pupiq; pater concedit in alta.

*fun. m. p. e. z.*  
Et tandem leti notæ aduertuntur arenæ.

*ten. p. o. z. e.*  
*o. c. ant.*  
Super asinā intrat hierusalē.

*o. c. ant.*  
Tunc etiam tardi costas agitator aselli

*o. c. ant.*  
Insedit: nymbo effulgens cui plurima circum

*o. c. ant.*  
Matres atq; uiri pueri uelamina nota.

*o. c. ant.*  
Subiiciunt funemq; manu contingere gaudent

*o. c. ant.*  
Iâq; propinquabant portis: tēplumq; uetustum.

*o. c. ant.*  
Antiqua e cedro centum sublime columnis.

*o. c. ant.*  
Ingreditur magna medius stipante caterua.

*o. c. ant.*  
Horrendum siluis hoc illis curia templum:

*o. c. ant.*  
Hæ sacre sedes: miro quod honore colebant:

*o. c. ant.*  
Namq; sub ingenti lustrat dum singula templo:

*o. c. ant.*  
Horrescit uisu subito: insonuitq; flagello:

*o. c. ant.*  
Significatq; manu: & magno simul inonat ore.

*o. c. ant.*  
Quæ scelerū facies: que ue era micantia cerno:

*o. c. ant.*  
Cesaris & nomen: que mentem insania mutat:

*o. c. ant.*  
Hic uobis propie sedes: hic tempore certo.

*o. c. ant.*  
Perpetuis patres soliti considerare mensis.

*o. c. ant.*  
Obstupuerē animi: gelidusq; per ima cucurrit.

*o. c. ant.*  
Ossa tremor: mensasq; metu liquere priores.

De cena domini.

*o. c. ant.*  
De uexo interea propior fit uesper olympto.

*o. c. ant.*  
Tum uictu reuocant uires: fusi q; per herbam.

*o. c. ant.*  
Et dapibus onerant mensas: & pocula ponunt.

*o. c. ant.*  
q; xp̄s corp<sup>9</sup> suū & sāguinē dedit discipulis suis.

*o. c. ant.*  
Postq̄ p̄ma qes epulis: mēse remote.

129  
Iqse iterum primos genitori instaurat honores.  
Suspiciens celum: tum facta silentia linguis.  
Dat manibus fruges dulcesq; a fontibus undas:  
Impleuitq; mero pateram: ritusq; sacrorum.  
Edocet: immisitq; preces: ac talia fatur.  
Audite o proceres air: & spes discite certas.  
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.  
Promissisq; patris uestraq; hec munera uobis.  
Certa manet pueri: & palmam mouet ordine nemo.

De traditione & passione sua predicat.

Et lux cum primum terris se castina reddet:  
Vnus erit tantum in meq; exitiumq; meorum.  
Dum paci medium se offert de corpore uestro.  
Iamq; dies ni fallor adest: seducite curas.  
Mecum erit iste labor: nec me sententia fallit.  
Vnum pro multis dabitur caput: hec ita fatus.  
Conticuit: seramq; dedit per membra quietem.  
Iudei a pylato postulant xpm crucifigi:  
Oceanum interea surgens aurora reliquit.  
Iamq; sacerdotes late loca questibus implent.  
Cum populo & patribus. serit per agmina murmur  
Quidgenus hoc hominum: queue hec tam barbara morte  
Permittit patria: penas cum sanguine poscunt.  
Undiq; collecti: & magno clamore sequuntur  
In fontem: seuitq; animis ignobile uulgius.

Sexta hora ducitur ad crucem.

Sol medium celi conscenderat igneus orbem:  
Cum subito omnes accincti populiq; patresq;

Exposcunt: fariq; iubent quo sanguine cretus:  
Quidue petat: quidue ipse ferat: præclara tuètes:  
Facta uiri mixtus dolor & stupor urget inertes:  
Nescia mens hominum: certantq; illudere capto.  
Tum uero captis concurrunt undiq; telis.  
Tollitur in cælum clamor: cunctiq; repente  
Insignem quercum decisis undiq; ramis  
Constituunt: spirisq; ligant ingentibus illum:  
Tendebantq; manus pedibus per mutua nexis  
Triste ministerium: sequitur quos cætera pubes.  
Ausu omnes immane nefas: ausoq; potiti.  
Ille autem impavidus quo uincula nectitis inquit:  
Tanta ne uos generis tenuit fiducia uestri?  
Post mihi non simili pœna commissa luetis.  
Talia prestabat memorans fixusq; manebat.

Sol obscuratur & fit terremotus.

Interea magno misceri murmure cælum  
Incipit: & rebus nox abstulit atra colorem:  
Impiaq; eternam timuerunt secula noctem:  
Terra tremit. fugere fere. & mortalia corda  
Per gentes humilis strauit pauor. inde repente  
Dat tellus gemitū. & cælum tonat omne fragore.

Inferni spoliantur.

Extemplo commote herebi de sedibus ymis  
Vmbre ibant tenues tellus quoq; & æquora ponti  
Signa dabant. sistunt amnes. terreq; dehiscunt.  
Quin ipse stupuere domus. atq; intima læti  
Tartara: & umbrosæ penitus patuere cauernæ.

Sol quoq; & exoriens cuncti se scire fatentur  
Tunc caput obscura nitidum ferrugine tinxit.

De fuga apostolorum.

Diffugiunt comittes: & nube teguntur opaca:  
Multaq; dura suo tristi cum corde uoluant.

Quid faciant: herent infixi pectore uultus:  
Verbaq; nec placidā mēbris dat cura quietem.

Questio petri ad discipulos.

Tunc senior tales reddebat pectore uoces:

Multa mouēs: ubi nūc nobis deus ille magister?

Quē seqmur: quoue ire iubes: ubi ponere sedes?

O dolor atq; decus tantarum gloria rerum.

Iam iā mora nullae est: & nos rape in omnia tecū

Oramus: teq; aspectu ne subtrahe nostro.

De xp̄i resurrectione.

Hos inter motus media inter talia uerba

Tertia lux gelidam cæli dimouerat umbram.

Iāq; pedē referens superas ueniebat ad auras

Cum subito āte oculos ingēti mole sepulchrum

Corpus ubi exanimi positum: nec claustra nec ip̄i

Custodes sufferre ualent: auulsaq; saxis

Saxa uident: laxis laterum compagibus artis

Fit sonitus: ingens concussa est pondere tellus.

Horror ubiq; animos simul ipsa silentia terrent.

Ecce autem primi uolucrum sub culmine cantus

Ingreditur linquens antrum: spoliisq; superbis

Ibat ouans: pulsuq; pedum tremit excita tellus.

Foribus clausis apparuit discipulis.

*non yptus  
et ea qu  
h. p. m. e. g.*

Vulneraq; illa gerens foribus sese intulit altis.  
Atq; hic ingentē comitū affluxisse nouorum  
Inuenit admirans numerum cunctisq; repente  
Improuisus ait: coram quem queritis adsum  
Vicit iter durum pietas: & uiuida uirtus.  
Precipites uigilate uiri. timor omnis abesto.  
Hii nostri redditus expectatiq; triumphi.  
Hec mea magna fides. o terq; quaterq; beati  
Que uobis que digna uiri pro laudibus istis  
Premia posse rear solui: que dona parari  
Ancipitem reuocate animū: mestumq; timorem  
Mittite & uosmet rebus seruate secundis.  
Quod superest benegestis ordine rebus  
Comēdat pacē dicipul & dubitātib; ostēdit uultū  
Pacem orate manu: pacem laudate sedentes  
Magnanimi: pacis solum inuiolabile pignus.  
Et simul his dictis faciem ostendebat & ora:  
Ora manusq; ambas: penetrataq; pectora ferro:  
Immiscēt manum manibus: gaudentq; tuentes:  
Nec uidisse semel sat est: iuuat usq; morari:  
Et conferre gradū: & dexteræ coniungere dextrā:  
De ascēsiōe dñi.  
His demun exactis spirantes dimouet auras  
Aera per tenerum: cæloq; inuectus aperto  
Mortales uisus mediō in sermone reliquit.  
Infert se septus nebula mirabile dictu.  
Atq; illum solio stellantis regia cæli.  
Accipit: æternumq; tenet per secula nomen.

Ex illo celebratur hoſios. letiq; miſiores  
Seruauere diem tot iam labentibus annis:  
I decus i noſtrum tantarum gloria rerum  
Et nos & tua dexter adi pede ſecundo  
Annua que differre nefas celebrare fauentes:  
Hunc ſocii morem ſacrorum: hunc ipſe teneto  
O dulcis coniunx: & ſi pietate meremur  
Hac caſti maneant in religione nepotes

FINIS




Alue feſta dies todo uenerabilis euo:  
Qua deus infernū uicit: & aſtra tenet  
Tempora florigero rutilant diſtincta ſereno:  
Et maiore poli lumine porta patet.  
Altius igniuomum ſolem cæli orbita ducit:  
Qui uagus oceanas exit: & intrat aquas  
Armatus radiis elementa liquentia luſtrans.  
Hac in nocte breui tendit in orbe diem.  
Splendida ſincero producant ethera uultu:  
Leticiamq; ſuam ſidera clara probant.  
Terra ferax uario fundit munuſcula cultu  
Cum bene uernarit: reddit & annus opes.  
Mollia purpureum pingunt uiolaria campum.  
Prata uirent herbis: & micat herba comis.  
Paulatim ſubeunt ſtellantia lumina florum:  
Floribus arrident gramina cuncta ſuis.  
Semine deſposito late ſeges exilit aruis:

Constructura fanos apīs hīnc aluearia līquens  
Floribus instrepitans poplite mella rapit.  
Ad cantus reuocatur auis: que carmine clauso  
Pigrior hiberno frigore muta fuit.  
Hīnc philomena suis attēperat organa cannīs.  
Fitq; repercusso dulcior aura melo.  
Ecce renascentis testatur gratia mundi.  
Omnia cum domino dona redisse suo.  
Namq; triumphanti post tristia tartara christo  
Vndiq; fronde nemus: gramina flore fauent.  
Legibus inferni oppressis: super astra meātem  
Laudant rite deum: lux: polus: arua : fretum.  
Qui crucifixus erat: deus ecce per omnia regnat  
Dantq; creatori cuncta creata precem.  
Mobilitas anni: mensium: lux alma dierum  
Horarum splendor: stridula cuncta fauēt:  
Hīnc tibi silua comis: plaudit quoq; cāpus aristis  
Hīnc grates tacito palmite uitis agit.  
Hīnc tibi nunc auium resonant uirgulta susurro:  
Has inter nimio passer amore canit.  
Christe salus rerū: bone conditor: atq; redēptor  
Vnica progenies ex deitate patris:  
Irrecitabiliter manans de corde parentis:  
Verbum subsistens: & patris ore potens:  
Aequalis: concors. socius cum patre coeuus:  
Quo sumpsit: mundus princeps: principium:  
Ethera suspendis: sola cogeris: equora fundis:  
Queq; locis habitant: que moderata uigent:

Qui genus humanum cernens meruisse profundo  
Vtq; hoïem eriperes: es quoq; factus homo  
Nec nostro tantum uoluisti e corpore nasci:  
Sed caro: que nasci pertulit atq; mori.  
Funeris exequias pateris nouus auctor & orbis  
Intra mortis iter dando salutis opem.  
Tristia cessarunt inferne uincula legis.  
Expauitq; chaos luminis ore premi:  
Depereunt tenebre christi fulgore fugate.  
Aeterne noctis pallia crassa cadunt.  
Solicitam: sed redde fidē: precor alma potestas  
Tertia lux rediit: surge sepulte meus.  
Non decet ut uili tumulto tua membra tegantur.  
Non precium mundi uilia saxa premant:  
Indignum est: cuius clauduntur cuncta pugillo:  
Vt tegat inclusum rupe uetante lapis.  
Lintea tolle precor: sudaria linque sepulchro:  
Tu fatis es nobis: & sine te nihil est.  
Solue cathenatas inferni carceris umbras:  
Et reuoca sursum quicquid ad ima ruit:  
Redde tuam faciem: uideāt ut secula lumen:  
Redde diem. qui nos te moriente fugit.  
Sed plane implesti remeans pie uictor olympi  
Tartara pressa iacent: nec sua iura tenent.  
Inferus insaturabiliter caua guttura pandens:  
Qui raperet semper: fit tua preda deus  
Eripis innumerum populum de carcere mortis.  
Et sequitur liber quo suus auctor abis.

Euomit absorptam pauide fera belua plebem:  
Et de fauce lupi subtrahit agnus oues.  
Hinc tumultū repetēs post tartara carne resumpta.  
Belliger ad cælos ampla trophea refers  
Quos habuit penale chaos: iam reddidit iste:  
Et quos mors peteret: hos noua uita tenet:  
Rex facer ecce tui radiat pars magna trophæi:  
Cum puras animas sacra lauacra beant  
Candidus egreditur nitidis exercitus undis.  
Atq; uetus uicium purgat in amne nouo.  
Fulgentes animas uestis quoq; candida signat.  
Et grege de niueo gaudia pastor habet.  
Additur hac foelix concors mercede sacerdos:  
Qui dare uult domino dupla talenta suo:  
Ad meliora trahens gentili errore uagantes:  
Bestia ne raperet munit ouile dei.  
Quos prius eua nocēs ifecerat: hos modo reddit.  
Ecclesie pastor ubere lacte sinu.

FINIS

*Baltasar Castellano* 





I de<sup>9</sup> ē anim<sup>9</sup>: ut nobis carmīa dicūt.  
 hic tibi p̄cipuæ sit pura mēte colēd<sup>9</sup>.  
 Plus uigila: sēp ne sōno deditus esto.  
 nā diurna q̄s uiciis alimēta mīstrat.  
 Virtutem primā esse puto cōpescere linguam.  
 proximus ille deo est: qui scit ratione tacere.  
 Sperne repugnando: tibi tu contrariis esse.  
 conueniet nulli: qui secū desidet ipse.  
 Si uitam inspicias hominū: si deniq; mores.  
 cum culpant alios: nemo sine crimine uiuit.  
 Quæ nocitura tenes: quāuis sint chara relinque.  
 utilitas opibus præponi tempore debet.  
 Constans & lenis ut res expostulat esto.  
 temporibus mores sapiēs sine crimine mutat.  
 Nil temere uxori de seruis crede querenti.  
 sæpe & enim mulier quē cōiunx diligit odit.  
 Cuncq; mones aliquem: nec se uelit ipse moneri.  
 si tibi sit charus: noli desistere ceptis.  
 Contra uerbosus noli contēdere uerbis.  
 sermo datur cunctis: animi sapientia paucis.  
 Dilige sic alios: ut sis tibi charus amicus.  
 sic bonus esto ne te mala dāna sequant<sup>r</sup>  
 Rumores fuge: ne incipiās nouus auctor haberi.  
 nā nulli tacuisse nocet: sed nocet esse locutū.  
 Rem tibi promissam certam promittere noli.  
 rara fides ideo est: quia multi multa loquunt<sup>r</sup>.  
 Cum te aliquis laudat: iudex tuus esse memento.  
 plus aliis de te: q̄ tu tibi credere noli.

*epigramata*  
*de uiciis*